



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

19 Beneficiarius tam regularis, quam secularis, licet dum viuit, superflua in pios vsus erogare possit, de fructibus tamen beneficij testari, nequit, nisi in Curia degens fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

non tangunt, contravenientes eis ad peccatum mortale, vel veniale non obligant, sed solum ad subeundum peccatum temporalem a statuto impoſitam; cum tamen ſtatuta Carthuſianorum multa, & præſertim illud, quod a carnibus abſtinere iubet, ad mortale obligat, in quo nullus ſuperior diſpenſare poterit, adeo quod diſpenſatio etiam Papæ non admittitur.

DECISIO XV.
Ex conf. 11. alias 15.

Cum religione S. Baſilij ab immemoriali tempore collabente in ea regulari obſervantia, poſt commendaſſe Monafteria profeſſio conſueſcit, & expreſſe in iocum ſolida deſerit; habet tamen religionis illius de manibus Commendatarij, vel Prioris ſuſcipiens, & ſuſceptum vitra annum geſtans, eandem religionem tacite profiteri cenſetur, & vere illius ordinis religioſus indicari debet, quia ſicut Papa ſtatueret poſſe ut in religione nõ fiat profeſſio expreſſa, ſed ſolum tacita, per ſolam delationem habitus certo tempore continuatam; Arg. c. propoſuit de cõceſſ. præb. ita ut tacita hæc tanti valoris ſit quanti profeſſio expreſſa; & quicquid induci poſſe lege humana, vel privilegio, poſſe etiam conſuetudine immemoriali induci. ſuper quibusdam S. præterea, de verb. ſignif. ita cõſequenter ſciens, vel ſcire debens regulam S. Baſilij eſſe approbatã, & ſub ea victuros teneri ad tria vota ſubſtantiaſia ſolemniter proſtendum, iuxta formam regulæ illius, & ſciens vel ſcire debens iura omnia nota, quod per delationem habitus legitimam tempore vnus anni ſine proſtatione voluntatis contrarij, ipſo iure profeſſionem tacitam emiſſiſſe cenſetur; maxime cum Commendatarij prælati quoad omnia iura pertinentia ad adminiſtrationem proprietarij æquiparantur; ex Pan. in cap. quærel. m. de elec. & Dec. in c. edneceri. ſub fi. de reſcrip. adeo ut ſuſceptio habitus de manu eorum ſatis ſit ſuſcipiõtem religioſum illi incorporatõ.

DECISIO XVI.
Ex conf. 12. alias 35.

Regulam tertiam ordinis S. Franciſci profeſſus, quãuis eam ſeruare tenetur, eo quod ſe ad illam voto licito obligauit, & vota licita ſeruanda ſunt, c. p. Magn. de voto, & etiam religioſus non eſt; cap. cum ad Monafterium. de ſtat. regn. quia licet tria vota emittit non tamen emittit in religione approbata pro religione, ſed ſolu pro probata pro bono modo viuendi; ex Gloſſ. in clement. ex eo de ſenten. ex com. cum tamen de eſſentia religionis ſit, ut huiusmodi vota in religione approbata pro religione emittantur, & ſiant. cap. i. de regul. in 6. & clem. ſecundã, in eod.

DECISIO XVII.
Ex conf. 13. alias 11.

Licet voti obligatio iuris naturæ, & diuini ſit, ſolemnitas tamen iuris humani Pontifici eſt; cap. Mignoas, & c. litem, de voto. quo ſoõ ſtatutum eſt ut, ſolemniter vouens tria vota caſtitaſis, paupertatis, & obedientiæ in Religione approbata & in manibus eius emittat, qui vouentem religioni incorporare valet; quæ tria ſicut Papæ ad votum ſolemnem neceſſaria eſſe ſtatuit, & ſufficientia ad aliquem verum religioſum faciendum. & ad alios certos effectus; ita etã ſtatueret poſſe, ut aliqui amplius requiratur, vel aliquid minus ſufficiat; unde ſicut ut religioſi omnes votum paupertatis emittent, non tamen ut omnes pari modo ad illam ſeruandam obligentur eo quod Franciſcani de obſeruantia, & Capucini ſam in communis, quam in particulari ſeruare tenentur; religioſi vero nõ mendicantes tantum in particulari, & non in communis; quin etiam mendicantes ante Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. capitulo 2. de regul. in communi habere non poterant, niſi cum certa limitatione, poſt Iud vero etiam ſine illa habere poſſunt. Ita etiam, ita ut ut omnes caſtitaſis

tem emitterent, non tamẽ eodem modo, cum aliqui omnimodam caſtitaſem, alij vero caſtitaſem tantum conjugalem, vt milites ordinis Chriſti, & S. Iacobi ſeruare tenentur; omnes tamen vere religioſi ſunt, & canonis & fori privilegio gaudent, ita Caiet. 2. q. 88. art. 11. & Nau. in Man. cap. 12. num. 75.

DECISIO XVIII.
Ex conf. 14. alia 7. de ſolution.

Regularis, aut alius beneficiarius factus episcopus, domum & alia neceſſaria ad vitam ſuam emens, & ſe obligans ad debita taliter contracta ſoluenda, ſi non ſolutõ debito moriatur, camera, aut alius in bonis & redditibus episcopi, aut beneficiarij præfati ſuccedens, debita ſic contracta de redditibus beneficiorum, aut episcopatus ſoluere tenetur, ſi beneficiarius alia bona patrimonialia, vel quaſi matrimonialia, unde ſoluat, non habeat, peruenit de fidei uſſ. Quia cum actiones omnes & obligaciones cõuenientes alicui in hæredem eius tranſeant, & contra hæredes debitorum, l. 1. & 2. de hæred. actio. & illa ſola bona dicuntur eſſe a moriente relicta, quæ deductõ ære alieno ſuperunt, l. ſubſignatum, S. bona, ff. de verbor. ſignif. conſequenter Camera Apoſtolica, aut alius tanquã hæres in bonis, & redditibus beneficiarij ſuccedens in illis ſolis hæres cenſetur, quæ deductõ ære alieno ſuperunt, & de redditibus beneficii debita beneficiarij ſoluere tenetur. Sicut enim debitum eccleſiæ, vel beneficii nomine contractum, bona mobilã pretioſa, & immobilia pertinentia ad eccleſiam, vel beneficium efficiunt, adeo ut ſuccedens in eccleſia, vel beneficio ad debita eccleſiæ, vel beneficii nomine contracta ſoluenda tenetur, ita etiam debitum prælati, rectoris, & beneficiarij nomine ſuæ perſonæ contractum, redditus, & fructus beneficii cuius ipſe dum viuere diſpenſationem habuit, & quos alienare, & locare ad modicum tempus vitæ ſuæ pro ſuo arbitrio ſine alia iuſta cauſa, & ſolemnitate iuris potuit, cap. veſt. a de locat. & c. fi. Ne præl. vic. ſuas, c. l. de reb. eccl. non alien. ita efficit, ut in redditibus beneficii ſuccedens, debita etiam beneficiarij nomine contracta ſoluere obligetur, obligata enim ad quemcunquẽ tranſeant, cum onere ſuo tranſeant, c. ex literis, de pign. oblig.

DECISIO XIX.
Ex conf. 15. alias 6. de donat.

Quamuis monachus clericus Episcopus, aut alius beneficiarius, de fructibus beneficiõ, vel episcopatus, de iure communi reſtati non poſſunt, c. 2. de reſtam. Auth. ingreſſi C. de ſacro. eccl. cap. 12. q. 5. & c. 1. & cap. reſtatum, de reſtam. & Auth. licentiã, C. de episc. & cler. de fructibus tamen ſuorum beneficiõrum in vſus ſuos honeſtos, & ſuperflua in vſus pauperum, & alios pios vſus, dum viuunt per diſpoſitionem inter viuos, etiam iure antiquo, & cõmuni, donatione irrevocabili diſponere poſſunt, cap. ſin. 16. q. 1. & cap. conuenit, 23. qu. 2. & Card. in Clem. 2. S. ſed & tales, de vita & honeſt. cler. nec vlla ratione ſic inter vobis irrevocabiliter donata, & diſpoſita, nomine ſpoliorum ad cameram ſpectant, cum illa ſola ſpolia clericorum ſunt, & cenſeri debent, quæ poſt ipſorum beneficiõrum mortem, nondum pie impenſa reperiuuntur. Immo privilegium diuerſorum Pontificum, videl. ceteri Sixti IV. incip. Et ſi vniuerſis, conſtitut. 4. edita 1474. Leo X. incip. inter curas, conſtitut. 13. edita 1516. & Pii IV. incip. Rom. Pontifice conſtit. 3. edit. 1560. conſtitutum eſt, ut nulla ſint ſpolia clericorum ſecularium, & regularium beneficia, vel dignitates habentium de gentium, & morientium in vrbe, vel intra decem miliaria, ſiue reſtati, ſiue interſtati moriantur.

DECISIO XX.
Ex conf. 16. alias de ſtatu regular.

Tertiarie profiteri volentes, et uſum ſeruare tenentur, & ut aliæ religioſa multiplicari poſſunt; vouentur, & ut aliæ religioſa multiplicari poſſunt; vouentur.